Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Pauli Epistolae - Cod. Aug. perg. 185

Paulus <Apostel, Heiliger>

[Reichenau ?], [9. - 10. Jh.]

Initiale

urn:nbn:de:bsz:31-45394

Visual Library

lectionem in caritate tua quia uiscera sanctorum requieuerunt
per te frater; propter quod multam fiduciam habens in xpo ihu impe
randi tibi quod ad rem pertinet; propter caritatem magis obsecro cum
sis talis ut paulus senex nunc autem et uinctus ihu xpi. Ob
secro te de meo filio quem genui in uinculis onesimo qui tibi ali
quando inutilis fuit. nunc autem et tibi et mihi utilis. quem re
misi; tu autem illum id est mea uiscera suscipe; quem ego uo
lueram mecum detinere. ut pro te mihi ministraret in uinculis
euangelii; sine consilio autem tuo nihil uolui facere. ut
ne uelut ex necessitate bonum tuum esset sed uoluntarium;
forsitan enim ideo discessit ad horam a te. ut aeternum illum re
ciperes; iam non ut seruum. sed p… seruo carissimum fratrem
maxime mihi; quanto autem magis tibi et in carne et in dno. Si ergo
habes me socium. suscipe illum sicut me; Si autem aliquid nocuit
tibi aut debet. hoc mihi inputa; Ego paulus scripsi mea manu
ego reddam ut non dicam tibi quod et te ipsum mihi debes;
Ita frater ego te fruar in dno. refice uiscera mea in dno. Con
fidens in oboedientia tua scripsi tibi. sciens quoniam et super id quod dico
facies; Simul autem et para mihi hospicium; nam spero
per orationes uestras donari me uobis. Salutat te epaphras con
captiuus meus in xpo ihu. marcus. aristarchus. demas. lucas
adiutores mei; Gratia dni nri ihu xpi cum spu uestro amen.

EPISTULA PAULI AD FILEMONEM EXPLICIT. SCRIP
TA DE URBE ROMA UERSUS XXXVIII INCIPIT AD EBREOS

Multifariae multisque modis olim ds loquens patribus nostris
in prophetis. nouissime diebus istis locutus est nobis in filio.
quem constituit heredem uniuersorum. per quem fecit et
saecula; Qui cum sit splendor gloriae et figura substantiae